Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8161
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

stinorum Duos funes novos dirupit Cum man-
dibula asini mille viros occidit et ex ea fon-
tem produxit portas gaze fregit Septem nervi-
ceos funes rupit Crines cum liciis extraxit
Elusus et excecatus molere et (?) cum mulie-
ribus coactus tandem multa philistinorum interfecit
immisus ad columpnam super quam edificata fuit
domus multos et se ipsum interemit Eo tempore
Booz genuit obeth ex ruth ante xpm annis
m c. ¶ Sequitur de primo libro Regum. Heli
sacerdos iiii xliiii° anno rexit israel annis
xl. Tunc homerus poeta et rex fuisse putatur
Samuel et saul rex rexerunt populum israel
annis xl duobus

¶ Incipit quarta etas tenens annos d. xx.
David iiii c xxiiii anno ab anno a mundi
exordio ante xpm vero m lxviii° anno Ro-
ma condita ccc lx Hic adhuc puer ursum et
leonem iugulavit Goliath philisteum supera-
vit filiam saul et principis sibi desponsavit
xl annis regnavit Psalterium dictavit unde
versus Ter quinquagenos david canit ordine
psalmos versus bis mille sex centos sex
canit ille Gad Nathan et asaph prophete flo-
ruerunt Dido Carthaginem condidit quam Scipio
cum Romanis postea destruxit Salomon
iiii c lxiiii anno ab adam sicut scriptum lxxv
annis regnavit Et quarto decimo etatis sue anno